



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Doctor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

telligendum est de usu fructu annuo,
& non de proprietate.

DIVORTIUM.

CAUSA divortij, quoad separationem tori sunt multæ, prima sævitia viri, secunda vœneni præparatio, tertia furor, quarta hæresis, quinta crimen nefandum, sexta fornicatio, & adulterium, etiam ex conjecturis, & violentis suspicionibus, Cov. de sponsal. 2. par. cap. 7. §. 5. per totum, Sylvest. in ver. divortium, & in pract. meæ pœnit. titul: 21. in praxi quomodo procedatur. vide Holt. in summahoc tit. ubi habes practicam, & sicut uxorem accusare potest, ita e contra, & an possit vir propria auctoritate expellere uxorem, Covar. loc. cit: num. 11. dicit, quod non, nisi sit notorium.

DOCTOR.

PRIMÒ, Doctor, sive Licentiatus in Theologia, vel in jure canonico, & in publica Universitate graduatus, non excusatur ab examine, quando petit sibi provideri de aliqua parochiali Ecclesia, ita sacr. Congreg. declar. 208. in meis, cujus sunt verba prædicta formaliter.

Secundò, irriti sunt doctoratus, in quibus fidei professio non fuerit adhibita, ita Bul. Pij IV. & sac. Congr. declar. 311. in meis, cujus sunt verba prædicta.

DOCTRINA CHRISTIANA.

QUAMAM sunt indulgentiæ confraternitatis doctrinæ Christianæ?
Respondetur, quod est videre in Bull. Pij V. quæ incipit ex debito, & Gregor. XIII. Bul: 11. quæ incipit, Illius, qui, & Bul: seq. ubi multas habes indulgentias confratribus societatis doctrinæ Christianæ concessas, & ibi hortatur prælatos omnes ad erigendas confraternitates doctrinæ Christianæ, inferioribus autem præcipit, ut & ardentius prælati eorumque inferiores ad hujusmodi sanctum exercitium, officiumque accendantur. Volui hic inferere Bullam, ut fateor, ad Gloriam Dei, quod cum essem Vicarius in Archiepiscopatu Compzano, & parochus Beneventi, & modò Episcopus Minori, per me ipsum functus sum munere hujus sanctæ exercitationis, quam nec erubuit Dominus noster, quando inquit: *Sinite parvulos venire ad me, & a libi: Nisi efficiamini sicut parvuli, & a libi, Cum oraveritis, dicite, Pater noster, nec sancti Patres, ut divus Augustinus, & alij, qui codices integros de hujusmodi disciplina composuere, & vidi Archiepiscopum Neapolitanum Mariam Carafam interesse parvulis discipulantibus de institutionibus Christianis, nec dedignati sunt summi Pontifices sancire Bullas de hac materia, & præcipuè sanctissimus Dominus noster Clemens VIII. nil magis cogitat.*

Secundò, an parochus possit cogere clericos, qui sunt intra limites suæ parochiæ ad adjuvandū eum in docendo Doctrinam Christianam pueros?

H 3 Respon-